



## **Polyanthea Sacra**

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

**Spanner, Andreas**

**Augustae Vindelicorum, 1702**

§. 1. Imago mortis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

## TITULUS XXXI. SOMNIA.

**S**omnium vidimus. Gen. 40. 8. Sancti etiam in somno caelestia tractant; peccatores in vigilia dormiunt ad caelestia procuranda: iusti, etiam somno sopiti, vigilaunt ad caelestia. Alvarez. hic Illustr. 134.

*Videbam coram me vitem.* Gen. 40. 9. Somniavit pincerna, habere se in manu calicem regis, & in eum exprimere uvas: pistor videt canistrum. Lipom. sollicitudo causa est somniorum: quisque somnium vidit de suo negotio.

*Ego dormio, & cor meum vigilat.* Cant. 5. 2. Terrena meditantur, & somniant, qui terram sapiunt. At, qui soli Deo vacant, etiam dormientes Deo vigilaunt, & caelestia intuentur. Tetra, tristitia, & gravia, somnia experitur; qui gula deditus, cibo, potuque, ventrem onerat. Vis somnia, non solum levitia, sed vel divina, gustare; modum cibo, & potui, adhibe; terrena despice, salutem animae cura; & vel dormiens videbis caelestia. Jacob peregrinus, rebus omnibus delitutus; cibo, potuque, carens fessos nudā humo artus proicit; dumque dormit, apertum caelum, & appositam inspicit scalam. Gen. 28. 12. Lipom: vides, ut somnia sancta sunt eorum, qui corpus negligunt, & parvō cibo nutriuntur. Alvarez. Illustr. 143.

*Multi passa sunt hodie per visum.* Match. 27. 19. Hoc somnium immissum aetā

providentiā Dei, non Pilato, sed ejus uxori, ut notat Chrysostr., Euthym., Theophylactus: nam, si Pilato factum fuisset; illud apud se retinisset. Manifestatur ergo uxori, ut illa marito Pilato, adstantibus Judaeis, talia revelat: ut omnes audiant, Jesum esse innocentem. Somnium hoc à damone fuisse immissum, jam agnoscere Christum Messiam, ejusque mortem impedire volente, docent S. Cyprian., Bernardus, Lyrān., Beda, Carthusianus. Verior, & communior, sententia est, à Deo immissum per angelum. Itā Origenes, Hieronymus, Hilarius, Chrysostr., &c. quia, si diabolus volebat Christum liberare, Judaeos potius, quam mulierem, talibus visionibus in commiserationem Christi inflexisset. Sylveira hic c. 9.

*Et visio per noctem.* Act. 16. 9. Hæc visio fuit somnium, Paulo à Deo immissum per Angelum; qui in imaginatione Pauli formavit virum Macedonicum, ejusque vocem, ut videretur Macedonice dicere: *transiens in Macedoniam adjuva nos.* Cornelius hic. Sicut equi viam à se sæpe incitam, & tritam, ineunt; etiam dum auriga dormit: sic idem facit sensus, caro, & phantasia; etiam dum mens sopita est, & ratio dormit. Id. ib.

Qui somnijs credit, similis est ei, qui post umbram suam currit, & eam apprehendere nititur. Joan. Clim. gradu 3. de somnijs.

## TITULUS XXXII. SOMNUS.

### §. I.

#### Imago mortis.

**D**ormientis hominis nullus ulus, quemadmodum nec mortui. Somnus, non secus ac Publicanus, dimidium vitæ tempus nobiscum dividit. Clemens Alex. l. 2. c. 9.

Dormire morti simile est; evigilare resurrectioni simile est. S. August. serm. 120. de diversis.

Mors nihil aliud est, quam mors temporaria, & unius diei interitus. S. Chrysostr. hom. 2. de David, & Saul.

Somnus imago est mortis, imago consumptionis. S. Chrysostr. hom. 26. in acta.

Quoties dormis, & evigilas; toties moreris, & resurgis. S. Chrysostr. l. 59.

Revera plus vigilare, plus vivere est: nam quid tam morti simile, quam dormientis aspectus? quid tam vita plenum, quam forma vigilantis? Indulgendum somno est; ut corpus repararet, non resolvat. Id. f. 24.

Somnus est imago mortis, sensuum feræ. Joan. Clim. gradu 18. de somno.

### §. II.

#### Somni moderati motiva.

**D**ormitaverunt Pastores. Nahum. 3. 18. S. Hieron. sæpè diaboli studium est, vigilantes animas consopire. Denique & in Passione Domini Apostolorum, oculos gravi sapore premit, quos Salvator suscitans ait: *evigilate, & orate, ne intretis in tentationem.* Cornelius hic.

Semper diaboli studium est, vigilantes animas consopire. S. Hieron. apud Cornelium in Nahum 3. 18.

Somnus multus oblivionis opifex; vigiliæ vero memoriam emundant. Joan. Clim. gradu 19. de vigilijs.

Manè summò surgere, & sanitati, & sanctitati, mirè conducit. S. Franciscus Sales. Philothæ p. 3. c. 23.

Vigilia,

61

con-  
nem,  
uod,  
dum  
amo.

r.  
non  
gu-  
are;  
Dei:  
cum  
2. f.

stis,  
uod  
tio-  
c. de

mt.  
s ab  
cir-  
pen-  
nan-  
fia:  
llis.  
elo-  
gnæ  
tus.

Se-  
ad-  
en-  
t in  
i in  
or;  
de  
im  
vi-  
nit.  
no-  
na-  
gi;  
n,  
ur.

zi-  
n-  
lis  
n.  
n-  
e-

od  
as  
ui  
ni-  
ex  
o-  
e,  
9.  
er.  
ui